

四旬期第四週星期三

紫色

在古時的聖教、把上週瞻禮四所登記的望教者，今天重行召集，為的把聖洗內所含有奇妙的意義，向他們講解，以備復活節受洗禮。集合祈禱把這個召集置於聖保祿保護之下：因這位聖人、是最有力向外教人講解聖洗的富裕恩寵的。

彌撒：天主憑藉信仰與洗禮、實行祂舊約時的恩許。祂滌除人們的罪惡，祂啟發他們的眼目（聖洗在昔被稱為啟發的聖事），以得見新的世界（福音），祂又賜給他們新鮮的心與新的精神，即所謂愛德（進臺詠、古經）。祂從世界各地聚集他們，在祂保護之下、成為唯一的子民。現今聖教會便把基督徒成為天主子民是何等的福樂，以及他們因此奉事天主及遵守祂誠命是何等的需要，向教友們喚起記憶。我們為在與基督結合之中、體嘗無可比擬的基督化快樂，該忠守到底領洗時的誓願。

則 36 : 23 – 26 ; 詠 33 : 2

Cum sanctificátus fúero in vobis,
congregábo vos de univérstis terris: et
effúndam super vos aquam mundam,
et mundabímini ab ómnibus
inquinaméntis vestris: et dabo vobis
spíritum novum. Benedícám
Dóminum in omni témpore: semper
laus eius in ore meo. Glória Patri,

Orémus. Ū. Flectámus génua.
F. Leváte.

Deus, qui et iustis præmia meritórum
et peccatóribus per ieiúnium véniam
præbes: miserére supplicibus tuis; ut
reátus nostri conféssio indulgéntiam
valeat percípere delictórum. Per
Dóminum nostrum.

進臺詠

當我在你們身上，在他們眼前顯
為聖的時候，我要把你們從各地
聚集你們。那時，我要在你們身
上灑清水，潔淨你們，淨化你們
脫離各種不潔。我必要時時讚美
上主，對祂的讚頌常在我口。光
榮歸於父……。

集禱經

念「上主，求祢矜憐」後，司祭
逕直念：

請眾同禱。 我們跪下吧！ 請
你們起立！

天主，祢不但對義人賜以功德的
賞報，也對守齋作補贖的罪人施
以寬恕；求祢垂憐我們的切禱，
使我們能因認罪求饒、而得諸罪
的赦免。因我們主……。

Hæc dicit Dóminus Deus: Sanctificábo nomen meum magnum, quod pollútum est inter gentes, quod polluístis in médio eárum: ut sciant gentes, quia ego Dóminus, cum sanctificátus fúero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de géntibus, et congregábo vos de univérsis terris, et addúcam vos in terram vestram. Et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, et ab univérsis idólis vestris mundábo vos. Et dabo vobis cor novum, et spíritum novum ponam in médio vestri: et áuferam cor lapídeum de carne vestra, et dabo vobis cor cárneum. Et spíritum meum ponam in médio vestri: et fáciam, ut in præcéptis meis ambulétis, et iudícia mea custodiátis et operémini. Et habitábitis in terra, quam dedi pátribus vestris: et éritis mihi in pópulum, et ego ero vobis in Deum: dicit Dóminus omnípotens.

詠 33 : 12 , 6

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos. Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spíritu tuo.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, quos ieiúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet; ut, terrénis afféctibus mitigátis, facílius cœléstia capíamus. Per Dóminum

上主天主這樣說：「我要使我的大名顯聖，即在異民中被褻瀆，即你們在他們中所褻瀆的聖名；當我在你們身上，在他們眼前顯為聖的時候，異民就要承認我是上主。我要把你們從異民中領出，從各地聚集你們，領你們回到你們的地域。那時，我要在你們身上灑清水，潔淨你們，淨化你們脫離各種不潔和各種偶像。我還要賜給你們一顆新心，在你們五內放上一種新的精神，從你們的肉身內取去鐵石的心，給你們換上一顆血肉的心。我要將我的神賜於你們五內，使你們遵行我的規律，恪守我的誠命，且一一實行。如此，你們要居住在我賜給你們祖先的地方；你們要作我的百姓，我作你們的天主。」這是全能上主所說的。

臺階詠一

孩子們，你們前來聽我指教，我要教你們敬畏上主之道。你們瞻仰祂，要喜形於色，你們的面容，絕不會羞愧。

祝文

司祭回到臺中，向教眾致候說：

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

全能的天主，我們藉此莊嚴的齋戒、克己苦身；求祢恩賜我們、從這聖工上嘗到神樂，以便我們

nostrum.

依 1 : 16 – 19

Hæc dicit Dóminus Deus: Lavámini, mundi estóte, auférte malum cogitátionum vestrárum ab óculis meis: quiéscite ágere perversé, díscite benefácere: quærite iudícium, subveníte opprésso, iudicáte pupíllo, deféndite víduam. Et veníte et argúite me, dicit Dóminus: si fúerint peccáta vestra ut cóccinum, quasi nix dealbabúntur: et si fúerint rubra quasi vermículus, velut lana alba erunt. Si voluéritis et audiéritis me, bona terræ comedétis: dicit Dóminus omnipotens.

詠 32 : 12 , 6

Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. Verbo Dómini cœli firmáti sunt: et spíritu oris eius omnis virtus eórum.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur*) Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

若 9 : 1 – 38

能以壓制偏愛世物的心情，更易求得天上的財寶。因我們主……。

書信

上主、我們的天主說：「你們應該洗滌，應該自潔，從我眼前革除你們的惡行，停止作孽，學習行善，尋求正義，責斥壓迫人的人，為孤兒伸冤，為寡婦辯護。現在你們來，讓我們互相辯論。你們的罪雖似朱紅，將變成雪一樣的潔白；雖紅得發紫，仍能變成羊毛一樣的皎潔。假使你們樂意服從，你們將享用地上的美物。」這是全能上主所說的。

臺階詠二

尊上主為自己天主的民族，真是有福！上主選為自己產業的百姓，真是有福！因天主的一句話，諸天造成；因上主的一口氣，萬象生成。

連唱詠

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢不要追念我們已往的過犯，而懲罰我們；願祢的慈悲、速來救濟我們，因為我們太荏弱了。（*此處跪下*）天主啊！我們的救援啊！因祢聖名的榮耀、救助我們。因祢的聖名、解救我們，饒恕我們的罪惡。

福音

In illo tēpore: Præteriens Iesus vidit hōminem cæcum a nativitāte: et interrogavērunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccāvit, hic aut parētes eius, ut cæcus nasceretur? Respōdit Iesus: Neque hic peccāvit neque parētes eius: sed ut manifestentur ōpera Dei in illo. Me opōrtet operāri ōpera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operāri. Quāmdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, éxpuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linívit lutum super ōculos eius, et dixit ei: Vade, lava in natatória Sílōē (quod interpretātur Missus). Abiit ergo, et lavit, et venit videns. Itaque vicīni, et qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicēbant: Nonne hic est, qui sedēbat et mendicābat? Alii dicēbant: Quia hic est. Alii autem: Nequāquam, sed similis est ei. Ille vero dicēbat: Quia ego sum. Dicēbant ergo ei: Quómodo apérti sunt tibi ōculi? Respōdit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatória Sílōē, et lava. Et ábii, et lavi, et vídeo. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. Addúcunt eum ad pharisæos, qui cæcus fúerat. Erat autem sábbatum, quando lutum fecit Iesus, et apéruiť ōculos eius. Iterum ergo interrogābant eum pharisæi, quómodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, et lavi, et vídeo. Dicēbant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sábbatum non custódit. Alii autem dicēbant: Quómodo potest homo

那時候，耶穌前行時，看見了一個生來瞎眼的人。祂的門徒就問祂說：「辣彼，誰犯了罪？是他，還是他的父母，竟使他生來瞎眼呢？」耶穌答覆說：「也不是他犯了罪，也不是他的父母，而是為叫天主的工作，在他身上顯揚出來。趁著白天，我們應做派遣我來者的工作；黑夜來到，就沒有人能工作了。當我在世界上的時候，我是世界的光。」耶穌說了這話以後，便吐唾沫在地上，用唾沫和了些泥，把泥抹在瞎子的眼上，對他說：「去，到史羅亞水池裡洗洗罷！」——史羅亞解說「被派遣的」——瞎子去了，洗了，回來就看見了。於是，鄰居和那些素來曾見他討飯的人，就說：「這不是那曾坐著討飯的人麼？」有的說：「就是這人，」有的說：「不，是另一個很相似他的人。」那人卻說：「就是我。」他們問他說：「你的眼睛究竟是怎樣開的呢？」他答覆說：「名叫耶穌的那個人，和了些泥，抹在我的眼上，給我說：你往史羅亞去洗洗罷；我去了，洗了，就看見了。」他們又問他說：「那個人在那裡？」他說：「我不知道。」他們便將先前瞎眼的人，領到法利塞人那裡。耶穌和泥開他眼睛的那天，正是安息日。於是，法利塞人又詰問他怎樣看見了。那人就向他們說：「祂把泥放在我的眼上，我洗了，

peccátor hæc signa fácere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui apéruiť óculos tuos? Ille autem dixit: Quia Prophéta est. Non credidérunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuísset, et vidísset, donec vocavérunt paréntes eius, qui víderat: et interrogavérunt eos, dicéntes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quómodo ergo nunc videt? Respondérunt eis paréntes eius, et dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, et quia cæcus natus est: quómodo autem nunc vídeat, nescimus: aut quis eius apéruiť óculos, nos nescimus: ipsum interrogáte, ætátem habet, ipse de se loquátur. Hæc dixerunt paréntes eius, quóniam timébant Iudæos: iam enim conspiráverant Iudæi, ut, si quis eum confiterétur esse Christum, extra synagógam fieret. Proptérea paréntes eius dixerunt: Quia ætátem habet, ipsum interrogáte. Vocavérunt ergo rursum hóminem, qui fúerat cæcus, et dixerunt ei: Da glóriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccátor est. Dixit ergo eis ille: Si peccátor est, néscio: unum scio, quia, cæcus cum essem, modo vídeo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quómodo apéruiť tibi óculos? Respóndit eis: Dixi vobis iam, et audístis: quid iterum vultis audíre? Numquid et vos vultis discípuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, et dixerunt: Tu discipulus illíus sis: nos autem Móysi discípuli sumus. Nos scimus, quia Móysi locútus est Deus: hunc autem nescimus, unde sit. Respóndit ille

就看見了。」法利塞人中有的說：「這人不是從天主來的，因為他不遵守安息日。」有的卻說：「一個罪人怎能行這樣的奇跡？」他們中間便發生了紛爭。於是，他們又問瞎子說：「對於那開了你眼睛的人，你說什麼呢？」瞎子說：「祂是一位先知。」可是，猶太人不肯相信他先是瞎子而後看見了，等到叫了復明者的父母來，問他們說：「這是你們的兒子麼？你們說他生來就瞎眼麼？怎麼他現在竟看見了呢？」他的父母答覆說：「我們知道這是我們的兒子，也生來就瞎。如今他究竟怎麼看見了，我們卻不知道；或者誰開了他的眼睛，我們也不知道。你們問他罷！他已經成年，會說自己的事了。」他的父母因為害怕猶太人，纔這樣說，因為猶太人早已議定：誰若承認耶穌是默西亞，就必被逐出會堂。為此，他的父母說：他已經成年，你們問他罷！於是法利塞人再把那先前瞎眼的人叫過來，向他說：「歸光榮於天主罷！我們知道這人是個罪人。」那人回答說：「祂是不是罪人，我不知道；有一件事我知道：我曾是個瞎子，現在我卻看見了。」他們又問他說：「祂給你作了什麼？怎樣開了你的眼睛？」他回答說：「我已經告訴了你們，你們不聽；為什麼又願意聽呢？莫非你們也願意做祂的

homo et dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, unde sit, et aperuit meos oculos: scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed, si quis Dei cultor est et voluntatem eius facit, hunc exaudit. A saeculo non est auditum, quia quis aperuit oculos caeci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. Respondérunt et dixerunt ei: In peccatis natus es totus, et tu doces nos? Et eiecérunt eum foras. Audívit Iesus, quia eiecérunt eum foras, et cum invenísset eum, dixit ei: Tu credis in Fílium Dei? Respóndit ille et dixit: Quis est, Dómine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidísti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo, Dómine. *(Hic genuflectitur)* Et prócidens adorávit eum.

詠 65 : 8 – 9 , 20

Benedícite, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecationem meam, et misericórdiam suam a me.

Súpplíces te rogámus, omnípotens Deus: ut his sacrificiis peccáta nostra mundéntur; quia tunc veram nobis tríbuis et mentis et córporis

門徒麼？」他們辱罵他說：「你去做祂的門徒好了！我們是梅瑟的門徒。我們知道：天主曾給梅瑟說過話；至於這人，我們不知道祂是從那裡來的。」那人回答說：「這真奇怪！你們不知道祂是從那裡來的，祂卻開了我的眼睛。我們都曉得天主不俯聽罪人，只俯聽那恭敬天主，並承行祂旨意的人。自古以來從未聽說：有人開了生來就是瞎子的眼睛。這人若不是由天主來的，祂什麼也不能作。」他們卻向他說：「你整個生於罪惡中，竟來教訓我們？」便把他趕出去了。耶穌聽說他們把他趕出去了，後來遇見了他，就給他說：「你信人子麼？」那人便回答說：「主，是誰，好使我去信祂呢？」耶穌對他說：「你已看見祂了，和你講話的就是！」他遂說道：「主，我信。」遂俯伏（*單膝跪*）朝拜了耶穌。

奉獻詠

萬民，請你們讚美我們的天主，請傳揚祂應受到的榮譽。祂曾使我們的性命存活，沒有讓我們的腳步滑倒。天主應受讚美：因祂從未拒絕我的哀懇，祂也從來沒有從我身上撤回祂的慈憫。

密禱經

全能的天主，我們懇切求祢，務以此聖祭滌除我們的罪惡：因為若果如此，祢才算賜給我們身靈

sanitatem. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte iúbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

若 9 : 11

Lutum fecit ex sputo Dóminus, et linívit óculos meos: et ábii, et lavi, et vidi, et crédidi Deo.

Sacraménta, quæ sumpsimus, Dómine, Deus noster: et spirituálibus nos répleant aliméntis, et corporálibus tueántur auxiliis. Per Dóminum nostrum.

Páteant aures misericórdiæ tuæ. Dómine, précibus supplicántium: et, ut peténtibus desideráta concédas; fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum nostrum.

的真正健康。因我們主……。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

主用唾沫和了些泥，抹在我的眼上。我去了，洗了，就看見了。我遂相信了天主。

領主後經

主、我們的天主，祈望我們所領的聖體，充為滋養我們靈魂的神糧，和保護我們肉身的助佑。因我們主……。

為教民誦

主，請祢開張慈耳，俯聽我們懇求的禱聲；並且、為能邀祢垂允我們的所求，望祢使我們單求合乎祢聖意的事。因我們主……。